Witowie Witowski, sive Illius Successores, ad instantiam p[rae]fatorum Gnosorum Stanislai Slozanowski et Fontis eius Vel eorum posterorum, ad Iudicium Vel officium quod ibi Regni ad quod prius ex ipso citabitur, ex tunc recessu supto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, rendere, Vadium Vel Vadia p[rae]stita luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos Successores ad ea q[ue] omnia inscribit et obligat p[rae]sentibus, Illum Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, p[ro] maiori, minori tenuitate successorum, Legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Ultra proximos Iudicii sive Officii cuiusvis Regni Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac p[rae]missa omnia paris simplicibus Vel triplicatis, Cessionibus Suspensionibus, fatalibus Iuris, exemptione Terrestri, bello Convententis neq[ue] ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua p[rae]senti personali Recognitione ad p[rae]missa omnia et singula mediante.

1009 **Lesiowski Lykowskiego Quietat.** Comparens personaliter coram Officio, et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis

Gnosus

Generosus Stanislaus Lesiowski. Sanus mente et Corpore existens
à Terris, Dictibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis pro
prijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitanealii
Premisliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum
Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie
incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per
expressum recognouit. Quia ipse Generosum Stanislaum Zijkowski,
et eius Successores de protestatione certa per se Recognoscentem contra eundem
Generosum Zijkowski, ratione per ipsum feria Quarta post festum San
cti Valentini Presbyteri et Martyris proxima, sibi protestantem Via
strata publica in platea Lwowska nuncupata, cum armis
et in armis interceptionis, Verbis inhonestis ac si affectionis,
concussionis et conuerberationis, coram Actis officij praesentis
feria quinta post hunc eundem festum Sancti Valentini Presbyteri
et Martyris proxima Anno praesenti facta, tum et de obductione Vul
nerum circa eandem protestationem inscripta: tum et de omnibus
praetensionibus ad diem hodiernam interuenientibus, ob sufficientem
et plenariam sibi Recognoscenti praestitam Satisfactionem Quie
tat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat,
protestationem eandem cum eius Vulnerum obductione, atque
praetensiones quasuis in toto et per omnia cassat, mortificat
et annihilat praesentibus, sibi, suisque posteris ratione praemissorum
perpetuum imponendo silentium.

Matkowski Koblanskie Resignat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Demetrius Matkowski,
Nobilis olim Joannis Matkowski Bardzowicz Filius. Sanus